

Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum,
quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in
tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Provisione Et Obtentione Beneficiariorvm

Leuren, Peter

Coloniæ Agrippinæ, 1704

125. An ad validitatem præsentationis requiratur, ut præsentandus
corporaliter exhibeatur, & sistatur præsens habenti instituere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74485](#)

Questio 124. Num ad validam præsentationem requiratur, ut fiat per patronum corporaliter præsentem habenti instituere?

Respondeo negativè: sed sufficit facere præsentationem medio procuratore, vel missis litteris. Castrop. loc. cit. num. 5. &c apud illum Tusch. l. 2. conclus. 592. num. 24. Barb. p. 3. de potest. Episc. alleg. 72. num. 16. juxta clarum textum c. ea noscitur. uebis, quæ sunt à præl. Porro hoc intelligendum de constituto procuratore, postquam vacavit beneficium, an enim, & qualiter, & in quibus casibus constituere possit procuratorem, antequam vacet beneficium, in ordine ad præsentandum, & valeat per eum facta præsentatio, dictum fuit suprà.

Questio 125. Num ad validitatem præsentationis requiratur, ut præsentandus corporaliter exhibeat, & sicutur præsens habenti instituere?

Respondeo negativè: potest enim institutori rem à patrono, vel à seipso: ita absolute docent Castrop. loc. cit. num. 6. citans Azor. p. 2. l. 6. c. 21. q. 6. Card. Luca de jurep. d. 64. n. 30. citans Lap. alleg. 75. contra Abb. in c. ea noscitur. Corrad. l. 4. c. 2. num. 1. & seq. Lott. l. 2. q. 6. num. 33. & 34. Garciam p. 4. c. 1. num. 16. Lamb. l. 2. q. 11. a. 2. Barb. 3. p. de potest Episc. alleg. 72. num. 110. Zerol. v. iusp. § 7. Tusch. L. B. conclus. 191. Corrai. p. 4. c. ult. num. 18. & alios, quorum sententiam communem dicit Castrop. è quibus tam plerique, ut Abb. p. 2. confil. 70. Garc. loc. cit. num. 8. & 25. Barb. loc. cit. num. 118. Lamb. Zerol. admittunt, valere præsentationem absentis, si eam admittat Ordinarius, seu habens instituere (etiam cum clausula: *salvo jure alterius*: vel etiam, si eam non rejiciat: hoc ipso enim censetur admissa. Lott. num. 43. & 44. citans plures Rot. decif.) non tantum ubi absentis qualitas, seu idoneitas ei nota esset, sed etiam, ubi ei ignotus est, nisi quod Barbosa excipiat, præsentatum ad parochiales, è quod tunc examen præsentari sit de forma: Quin & eorum aliqui doceant simpliciter, valere absentis præsentationem; dum is notus est habenti instituere; ut Lott. loc. cit. num. 37. citans Abb. & Lamb. intellige, ea notitia, quæ concludat ad idoneitatem, ut non eget examine. Lott. num. 40. Qualis notitia præsumitur in Ordinario ex eo, quod præsentatus sit diæcesanus, juxta Rotam in Amerina jurispatronatū. 17. Novemb. 1614. Quod et si sibi durum videri, dicat Lott. num. 41. putat tamen hanc præsumptionem prævalere, si concurrat talis præsentationis admissio, è quod, dum habens instituere talem admisit, præsumatur habere sufficientem notitiam absentis. Verum valere præsentationem absentis, etiam independenter ab admissione Ordinario, & notitia præsentandi, bene probat Castrop. ex eo, quod nullus juris textus hanc corporalem præsentiam præsentandi requirat pro præsentatione; sed ad summum pro institutione; cum nequidem alias præsentatio absentis, etiam admissa ab Ordinario, valeret. Hinc ex eo, quod Trid. sess. 24. c. 18. decernit præsentatum admissum non debere, nisi ab Ordinario examinatus & idoneus repertus fuerit, id necessarium sit, non tantum in parochialibus (in quibus de forma & substantia est dictum examen) sed etiam in simplicibus, non infertur, dictam præsentiam præsenta-

tioni, sed institutioni facienda necessariam esse, ut rectè notat Garc. cit. num. 25. Quin & si ad valorem præsentationis jura exigenter hanc præsentiam, jam nequidem Ordinarius, et si vellit, posset validè (quod docent supradicti AA. & præter eos Riccius in pr. resol. 139. & 141. Innoc. in c. in Late ranensi. de præbend. &c.) saltem dum is cognitus est, admittere præsentationem absentis; quia ea de jure est invalida. Castrop. num. 6. Tametsi autem detur verbum illud: *representat*; quo utitur textus. c. cùm & plantare, de privilegiis, denotare corporalem præsentiam (ut probant plures textus juris civil. l. consentaneum. c. quomodo & qualiter Index; & l. 1. ff. de verb. oblig. & tradit Gl. representare, in Clem. dudum. de seput. Tiraq. de jure mariti. gl. 6. num. 21. Selv. p. 3. q. 6. num. 7. &c.) adhuc non significare præsentiam corporalem præsentat, sed procuratoris per ipsum. Castrop. cit. num. 6. Idem dicit potest de verbo illo: *exhibitio*, dum definitur præsentatio, esse exhibitio personæ facta per patrum Episcopo; quanvis non minus rectè dicatur quoque persona præsentanda exhiberi mediis litteris, vel procurator eam repræsentante. Porro si valida est præsentatio absentis, & aliunde nihil obstat, non video, cur in libertate Ordinarii, seu habentis instituere sit, eam non admittere, cum possit præsentatum ad examen vocare, aut curare examinari, & disquirere de ejus idoneitate, antequam eum instituat.

2. De cerero non attendi istam absentiam, dum pro institutione, seu provisione facienda recurrit ad Papam (è quod subit aliiquid impedimenti, v.g. defectus aetatris, vel qualitatis requisita in præsentando à fundatore, super quo Ordinarius non potest dispensare instituendo talem præsentatum) sed sat is est, constare tunc de consensu patroni (qui etiam consensus patronorum præstitus provisionibus Apostolicis habet vim præsentationis; quin & sufficit ad acquirendam quasi possessionem præsentandi, ut Corrad. in pr. benef. l. 4. c. 2. num. 7. & 8. juxta plures decif. Rot. quas citat) docet idem Corrad. ibidem ex Lott. Additque num. 9. quod quando absens potest præsentari, posse patrem pro filio, fratrem pro fratre, consanguineum pro consanguineo, amicum pro amico, cum permissione & cautione de rato petere præsentatum institui, & causam institutionis prosequi, & institutionem obtinere: si tamen præsentatus tanquam notus non eget examine; citatque pro hoc Vivian. in pr. jurispl. l. 11. c. 1. n. 3. & 4.

Questio 126. In qua forma debeat fieri præsentatio, an scripto, an per libellum, vel oretenuis certa formâ verborum?

Respondeo: non requiri, ut fiat per libellum penes acta Judicii, neque ut fiat per scripturam publicam, seu instrumentum publicum; sed fieri potest per scripturam privatam; imo per literas familiares, & absque omni scriptura oretenuis. Card. de Luca, de jurep. d. 64. num. 21. & 23.

2. Neque certa verborum forma requiritur, modò sufficienter exprimatur voluntas actualis, quæ actu praetetur. Card. Luca ibid. Porro ubi uteretur patronus verbis potius velleitatem, quam perfectam dispositionem ac determinatam voluntatem significantibus, v.g. dicendo: *volo præsentare Titum*; vel *nomino Titum in præsentandum*; vel *præsento Titum*, non exprimendo, ad quid. Card. Luca